catholicae confessionis eripere potuit. brittones duce ambrosio
aureliano uiro modesto. qui solus fortes romanae gentis saxo
num caedi superfuerat occisis in eadem parentib; purpura in
dutis uictricem eorum gentem prouocantes ad proelium uincunt.
& ex eo tempore nunc hi nunc illi palmam habuere. donec adue
na potentior tota per longum potiretur insula. IIII. CCCCLXXII.

Anastasius ann. XXVIII. transamundus uuandalorum rex catho
licas ecclesias clausit. & CC. XX. epos. exilio sardiniam misit.
symachus papa inter multa ecclesiarum opera quae uel a fundamen
tis creauit. uel prisca renouauit. ad beatum petrum & beatum paulum
& beatum laurentium pauperibus habitacula construxit. & omni
anno per africam uel sardiniam episcopis qui in exilio erant. pecuni
as & uestes ministrabat. anastasius quia haeresi fauens eutheticus
catholicos insecutus est diuino fulmine periit. IIII. CCCCLXXX.

Iustinus senior. ann. VIII. iohannes romanae ecclesiae pontifex con
stantinopolim ueniens ad portam quae uocatur aurea populos
turbis ei occurrentibus in conspectu omnium rogantis caecos lumen
reddidit. quidum redienes rauennam uenit. & theodericus eum
cum comitibus carceris afflictione peremit. Inuidia ductus
quia catholicae pietatis defensor. iustinus eum honorifice
suscepit. & quo anno idest cons. probi iun. & symmachum pa
tricium rauennae occiderat. & ipse anno sequente ibidem su
bita morte periit. succedente in regnum athalarico nepote
eius. heldericus uuandalorum rex epos ab exilio reuerti.

XIIII

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Staatsbibliothek zu Berlin Preußischer Kulturbesitz
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbb-pk_msphillipps1869/0256